

✠ Anno ab incarnatione domini nostri ihesu christi Millesimo Centesimo Sextodecimo. Mense februario nona indictione. Ego romoaldus de civitate andro filius iohannis presente falcone iudice et aliis testibus subscriptis. Vobis grisoni et sillicto fratribus. filiis maraldi ipsius civitatis. vendidi ac tradidi tres partes de casa et cripta que est sub eadem casa et palatio quod est coniunctum eidem case et muro eiusdem civitatis que sunt intra murum et muricinum predicte civitatis. et ego purpura eiusdem romoaldi uxor legaliter ab eodem iudice inquisita consentiente michi eodem viro meo ipso iudice in carta manum ponente voluntarie vobis memoratis fratribus vendidi ac tradidi quartam partem michi de predictis rebus pertinentem. sunt autem memorata casa et cripta et palatium iuxta transendam. et iuxta casam vestram et a media strada iuxta casam maraldi filii leonis. et iuxta predictum murum. ut a presenti eandem venditionem habeatis et possideatis vos vel heredes vestri cum inferiori et superiori cum introitu exituque suo et cum omni intra se habito ac faciatis inde quod volueritis. excepto inferiore predicti palatii propter quam venditionem recepimus a vobis octoginta. et octo millia nostrates de follaribus (1) bonis. totum videlicet eiusdem venditionis pretium. Quapropter vadium vobis dedimus. consentiente michi que supra purpure. ipso viro meo. me qui supra romoaldo fideiussore. Ut semper nos vel heredes nostri defendamus vobis vel heredibus vestris predictam nostram venditionem sicut prelegitur. ab omnibus hominibus. et a servitio dominico. Quod nisi adimpleverimus componamus vobis viginti solidos schipkatos. et supradicta

✠ Nell'anno millesimo centesimo decimo sesto dall'incarnazione del Signore nostro Gesù Cristo, nel mese di febbraio, nona indizione. Io Romoaldo della città di **andro**, figlio di Giovanni, presente il giudice Falcone e gli altri testimoni sottoscritti, ho venduto e consegnato a voi Grisone e **sillicto**, fratelli, figli di Maraldo della stessa città, tre parti della casa e della grotta che é sotto la stessa casa e il palazzo che é adiacente alla stessa casa e al muro della stessa città, i quali beni sono tra il muro e il muricino della predetta città. E io **purpura** moglie dello stesso Romoaldo, interrogata secondo legge dallo stesso giudice, consenziente a me lo stesso marito mio, lo stesso giudice ponendo la mano sull'atto, volontariamente a voi anzidetti fratelli ho venduto e consegnato la quarta parte a me appartenente dei predetti beni, *che* sono poi la predetta casa e la grotta e il palazzo vicino al vicolo e vicino alla vostra casa e a metà strada vicino alla casa di Maraldo figlio di Leone e vicino al predetto muro, affinché da oggi voi o i vostri eredi abbiate e possediate tale vendita con il piano inferiore e superiore, con il loro ingresso e uscita e con ogni cosa che vi sia dentro e ne facciate pertanto quello che vorrete, eccetto per il piano inferiore del predetto palazzo. Per la quale vendita abbiamo ricevuto da voi ottantottomila nostrati di buoni follari, cioè tutto il prezzo della stessa vendita. Per la qual cosa abbiamo dato a voi garanzia, consenziente a me anzidetta **purpure** lo stesso marito mio, con me suddetto Romoaldo come fideiussore. Affinché noi o i nostri eredi sempre difendiamo per voi o per i vostri eredi la predetta nostra vendita, come prima si legge, da tutti gli uomini e dalla servitù padronale. Il che se non adempissimo paghiamo come ammenda a voi venti solidi schifati e

<p>adimpleamus. Licentiam quoque ego romoaldus vobis tribui me vel heredes meos pignorare vetitis lege atque permissis. quo usque supradicta adimpleamus. Et hoc scriptum scripsi ego iohannes notarius qui interfui.</p> <p>Non impugnetur quod iudex falco tuetur.</p> <p>✕ ego bisantius: ✕ ego bisantius:</p>	<p>adempiamo le cose sopraddette. Inoltre io ho concesso a voi licenza di pignorare me o i miei eredi secondo quando vietato e permesso dalla legge finché non adempiamo le cose anzidette. E questo atto scrissi io notaio Giovanni che diedi assistenza.</p> <p>Non sia impugnato ciò che il giudice Falco difende.</p> <p>✕ Io Bisanzio. ✕ Io Bisanzio.</p>
---	--

**Note :**

(1) Follares nummorum genus, qui vel *Folles* aut *Pholles* nominabantur apud Graecos primum obtinuerunt. Ex auro vel argento cudebantur, uti Cangius in mediae et infimae Latinitatis Glossario testatur, quamquam Gutherius (*De Officiis Dom. August. lib. 3. cap. 17*) hosce nummos aureos dumtaxat fuisse autumet. Saepissime autem apud veteres scriptores ipsorum mentio habetur. Divus enim Augustinus (*De Civit. Dei lib. 22 c. 8*) hosce sic memorat nummos: *Et quemdam pischem trecentis phollibus vendidit*. Ac alibi etiam: *Cont. Crescon. lib. 3 c. 29*. de ipsis sermonem habet: quin immo vetusta quaedam inscripto apud Gruterum (*pag. 810. 19.*) sic se habet:

*In Quem Induxi Sarcophagum  
In Quem Dum Receptum Fuerit Corpus Meum  
Nulli Liceat Accedere Neque Vexare Ossa Mea  
Non Filius Neque Nepotes Neque de Affinitate Ullus  
Si Quis Autem Infringere Vel Aperire Ausus Fuerit  
Is Tum Inferet Poenae Nomine Reipublicae Pholles Mille  
Sane Naevia Prisca  
Si Permanserit Usque In Diem Finitionis Suae  
Recipietur Ibi Iuxta Maritum Suum.*

Quod vero ad huiusmodi monetae valorem spectat, heic operae pretium ducimus Basilicorum Scholiastis: (*eclog. 23*) verba in medium afferre. *Nosse oportet Ceratium unum Follibus valere duodecim, sive Miliarisio dimidio. Valent itaque Ceratia duodecim nomismate medio; nam integrum nomisma continet Miliarisia duodecim, seu Ceratia XXIV*. Varia etiam de Phollium valore Sirmondus edisseruit in commentario quem edidit in sermonem XL. S. Augustini de Novissimis; ac denique adire proderit ea quae Petavius in diatriba praemissa opusculo *de mensuris et ponderibus* ab Epiphanio elucubrato erudite disputavit.